textus possessor avarus exactor durus preda grauis ambiciosus institor Itaque de bonis et malis pauca iudicia formant quod nimirum faciendum est malum a bono discernendum malo ex permisso bonum eligendum Plures sunt tamen quibus sufficit si boni credantur bonique fieri non curant Tales enim sunt homines non re sed nomine ut ponit Tulius libro primo de offi(ciis) Hii enim ambitores principatum querunt Sic de Allexandro legimus quod tribus insolencie gradibus sua felicitate exultauit narrante valerio libro 9o Caueat igitur vnusquisque ne topet ei de quo ysidorus in suo epistolari libro 3o Et hic importunus petendi derogator negati emulator accepti callidus reformandi querulus flagitati garrulus constituti redditor prestiti publicator occulti inficiator sectator epulatum de bono vincte nullam bona profitens fructus his omnibus bibendi auidior detrahendi et huiusmodi que omnia pro dolor de multis verificantur

## Capitulum undecimum quomodo vitanda sunt peccata leuiora ut non contingat grauiora

Vicia quantumcumque parua semina sunt maiorum Unde Ouidius 2o de remediis Parua necat morsu spaciosum vippera thaurum A cane non magno sepe tenetur aper Sic eciam vicia que parua videntur frequenter hominem ad interitum ducunt multa enim parua peccata grande gignunt Unde Ouidius ibidem Collige de multis grandis aceruus erit Quos tua non possunt offendi pectora facto Forsitan hoc alio iudice crimen erit Grandia per multos tenuantur flumina riuos Hii enim attendant qui peccata venialia minime pondant Ita amanti leue omne peccatum pondus est Unde Ouidius methamorphoseos 4o Minimum est quod amantibus obstat Et Tulius libro primo de offic(iis) Sunt quedam parua videntur esse delicta sed a multis intelligi non possunt hiis utique sunt declaranda quia peccatum consuetudoque paruum nobis leuius signant quorum fragilis est anima vitaque lesa Unde Ouidius 2o de remediis Infirmis causa pusilla nocet Et marcialis coquus Sic pateat vicium fortasse pusillum quod tegitur maius creditur esse nephas ut alibi dictum est Cuius tamen dicatur peccata quocunque vitare non posse cum katho dicat Nemo sine crimine viuit Hic dicendum quod omnia vitare si non possis saltem subsequere venie eciam parui delicti peccare non presumas Si aut ex lapsu leuiter peccare te contingat tua certe perdidisse merita ne credas quia peccata que venialia nuncupantur sic obsunt quod diuine gracie numquam grandia quoque merita non tollunt Unde prosper in libro Epigramatum Non merita obscurat grandia culpa leuis Ille igitur laudabiles qui sine peccato viuunt si qui sint tales Nec tamen illaudabiles quorum desiderium est peccare nolle quibus multum prodesset si carnis subiacet

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs161/0050
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg